

- 12 Veníte, fílii, audíte me:  
timórem Dómini docébo vos.
- 13 Quis est homo qui vult vitam,  
díligit dies ut vídeat bonum? *R.*
- 14 Próhibe linguam tuam a malo,  
et lábia tua ne loquántur dolum.
- 15 Divérte a malo et fac bonum,  
inquíre pacem et perséquare eam. *R.*

## Lectio secunda

*Intellegite quæ sit voluntas Domini.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli ad Ephésios

5, 15-20

Vidéte, fratres, caute quómodo ambulétis, non quasi insipiéntes sed ut sapiéntes, rediméntes témpus, quóniam dies mali sunt. Proptérea nolíte fieri imprudéntes, sed intellégite quæ sit volúntas Dómini.

Et nolíte inebriári vino, in quo est luxúria, sed implémini Spíritu, loquéntes vóbismet ipsis in psalmis et hymnis et cánticis spiritalibus, cantántes et psalléntes in córdibus vestris Dómino.

Grátias ágéntes semper pro ómnibus, in nómine Dómini nostri Iesu Christi, Deo et Patri.

Verbum Dómini.

Alleluia

Io 6, 56

*R.* Allelúia. *Y.* Qui mandúcat meam carnem  
et bibit meum ságuinem,  
in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.  
*R.* Allelúia.


<https://ccwatershed.org/hymn>

ONE OF THE main authors for the Church Music Association of America's blog declared (6/10/2022) that the *Father Brébeuf Hymnal* **"has no parallel and not even any close competitor."** That author also said (6/10/2019) of the *Brébeuf Hymnal* that it's "hands down, the best Catholic hymnal ever published. [...] It is such a fantastic hymnal that it deserves to be in the pews of every Catholic church."